Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De sp[irit]u phitonico a puella eiecto. c. lxxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

colonia ciuitas illa que defectu indigenarū nouis cultoribꝫ implet̃. Vñ ⁊ colonia quaſi a nouis cultoribꝫ d̃r. Fuimus eñ ibi ꝑ dies aliquot. ⁊ die ſabbatoꝝ egreſſi ſumus extra portam iuxta flumē vbi videbat̃ eſſe locus ꝯgruus orationi. id eſt locutioni vl' ſupplicationi. Orare nanqꝫ accipit̃ ⁊ ꝓ perorare ⁊ pro ſupplicare.

Et recepti ſunt a muliere purpuraria.

Caplm. LXXXVI.

Et ſedētes loque

e bamur mulieribꝫ q̃ cōuenerāt Et mulier quedā lidda nomine. purpuraria ciuitat̃ tiatirenoꝝ audiebat nos loquentes. Poteſt aūt intelligi purpuraria q̃ſi vtens purpura. quia forſan erat d̃ regio ſemine. Vel poti⁹ purpuraria: q꞉ textrix purpure. vel q꞉ vēdebat purpurā. Cū aūt baptizata eſſet ⁊ domus eius tota. dep̄cata ē nos dicēs. Si iudicatis me fidelē introite in domū meā: ⁊ manete mecū. Et itrauim⁹ coacti. Adhuc eī abhorrebāt intrare domos gentilium ꝓ vitando ſcandalo iudeoꝝ.

De ſpiritu phitonico a puella eiecto.

Caplm. LXXXVII.

Factum eſt autez

f exeuntibꝫ nob̄ ad orationē: vt obuiaret nob̄ quedā puella habens ſpiritū phitonicū. Poteſt aūt intelligi phitoniſſa. vel ꝑ ſpirituz phitonicū operās arte magica: vl' ſpiritu phitonico vexata. His eñ duobꝫ modis accipit̃ in ſacra ſcp̄tura h̄ nomen. vel phitoniſſa dicit̃ que ꝑ ſpiritū phitonicū ſuſcitationē mortuoꝝ operat̃ arte magica. vt que ad petitionē ſaulis ab infer̃ vocauit animā ſamuelis. vel potius ꝑ ea ſpirituz īmundū. Hec aūt ſpecies art̃ magice ab apolline phitone inuenta eſt ⁊ ab eius cognomine cognominata eſt. Dicit̃ eñ phitoniſſa que a ſpū phitonico poſſidet̃. ⁊ ea vtit̃ quaſi organo ſuo ad diuinandū. q̄liter hic potius videt̃ accipi. Et erat queſtuoſa dominis ſuis. q꞉ mltū ꝑcipiebāt emolimentū ex diuinatiōe ipius. Hec ſubſecuta paulū et ſocios eius clamabat dicēs. Iſti homines ſunt ſerui dei excelſi. qui annunciāt nobis viaz ſalutis. Et ſic clamabat multis diebꝫ. forte ꝑ bonum nature vl' poti⁹ ſpūſancto ſpiritū phitonicum vt per eā veꝝ loqueret̃ vrgente. Conuerſus autē paulus ipā poſt eū clamante. dixit ſpiritui īmundo. Precipio tibi in nomie ieſu chr̄i exi ab ea. Et exijt ab ea q꞉ indignuz erat vt verbū euāgelij ꝑ eam ſpiritus mēdax annunciaret. Videntes aūt hoc dn̄i eius ſcīētes quia maximū inde ſumerent incōmodū apprehēderūt ſilā ⁊ paulū. ⁊ duxerūt eos ad forum ad p̄ncipes. ⁊ offerētes eos magiſtratibus dixerūt. Iſti homines ꝯturbāt ciuitatem noſtrā. cū ſint iudei p̄dicantes nouā q̃ndam religionē. quā nō licet nob̄ ſuſcipere cū ſimus rhomani. Iā eī decretū erat a rhomanis: vt nullus deus de nouo coleret̃ niſi approbāte ſenatu. Et cucurrit plebs aduerſus eos ⁊ magiſtratus. et ſciſſis eoꝝ tunicis iuſſerunt eos virgis cedi. ⁊ flagellatos miſerūt in carcerem: precipientes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos. Qui accepto mādato miſit eos in carcerem interiorem. pedes eorum ſtringens ligno.

De terremotu vnde aperta ſunt oſtia carceris.

Cap lm. LXXXVIII.

Media aūt nocte

m paulus ⁊ ſilas decātabāt hymnos. ⁊ orātes laudabāt deū Et dū media nocte orarent ſubito factus eſt terremotus. q̃ ſcz terremotu oīa fundamēta carceris cōmota ſunt. oſtia aperta. vincula omniū q̃ erant in carcere rupta. nō ſolius pauli ⁊ ſile ſed ⁊ alioꝝ. Expgefactus eſt autē cuſtos carceris. ⁊ vidēs ianuas carceris aptas. euaginato gladio volebat ſe interficere. autumans oīes incarceratos aufugiſſe. Et cū eſſet paulus in medio carceris tenebroſi. videns hoc in ſpiritu exclamauit. Nihil tibi facias mali. Uniuerſi eī quos cuſtodiebas hic ſumus. Sciebat eñ q̃ tunc volebat ſibi manū inijcere. quia putabat oēs incarceratos aufugiſſe. ⁊ petito lumine a miniſtris introgreſſus eſt cuſtos carceris. ⁊ tremefactus tum ꝓ his que facta fuerant in terremotu. tū quia intellexerat paulus q̃ ſe vellet interficere. procidit paulo ⁊ ſile ad pedes. ⁊ educens eos d̃ carcere ait. Quid me dn̄i oportet facere vt ſaluus fiam. Ad quē illi. Crede i dominū ieſum. ⁊ ſaluus eris tu ⁊ domus tua tota Et locuti ſunt ei verbū domini. ⁊ omnibus qui erant in domo eius. ⁊ tollens eos in illa hora lauit plagas eoꝝ. ⁊ baptizatus eſt. ⁊ ſic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN